Noverint universi quod nos Beatrix dei gratia abbatissa monasterii sancti Danielis Gerunde attendentes quod dictum monasterium habet
sanctis prope civitatem Gerunde Iovers vocatam de monte [illegible] cum suis terris honoribus et pertinentiis [illegible]
et quod consideratis sumptibus qui pro laboratione terrarum terrarum honorum et aliarum ipsius Iovers fuerunt [illegible] et
fieri habent melius utilius et fructuosius est ipsi monasterio [illegible] ipsam Ioveriam cum suis terris honori
bus et pertinentiis stabilire seu ad emphiteosim concedere sub certis censibus quam ad propriam laborationem retinere
vel terra ipsam ad laborandum concedere habitis super predictis et quolibet predictorum diligenti et frequenti con
silio deliberatione et tractatu cum conventu nostri monasterii propter ea more solito more solito convocati et con
gregati predicti ipsius monasterii utilitate attenta de consensu voluntate et consilio dicti nostri conventus et etiam
de auctoritate et expresso assensu reverendi patris in Christo domini Castonis miseratione divina episcopi Gerundensis Gerunden
sis et exea extra sollempnia per nos et succedentes nobis in dicto monasterio damus et concedimus ad emphiteosim sive
ad acapitum vobis Berengario de Ionquerio pellicerio Gerunde et vestris perpetuo unam fexiam terre prout est
prout est signata et terminata ex campo vocato Corney qui est dicte Ioverie que feixa affrontatur a oriente
in honore Petri Capaler a meridie in feixa Iacobi de Manso Alba ab occidente in carraria publica a circio in alia car
raria publica. Predicta siquidem feixa prout superius terminatur et affrontatur cum omnibus integritatibus et pro
prietatibus suis introitibus exitibus et pertinentiis suis universis et singulis et cum omnibus melioramentis et augmentis
ibi factis et decetero faciendis vobis dicto Berengario de Ionquerio et vestris perpetuo damus et concedimus ad emphi
teosim sive ad acapitum salvo tamen iure et directo dominio dicti monasterii tam in foriis laudimiis firmamentis emphi
teosis sive ad acapitum. Salvo tamen iure et directo dominio dicti monasterii tam in censibus laudimiis foriscapiis et
fatiis quam etiam aliis que ad directum dominium pertinere noscuntur. Dabitis inde vos et vestri nobis et nostris suc
cedentibus in dicto monasterio annuatim censualiter in festo sanctorum Petri et Felicis unam migeriam frumenti boni pu
ri siti et mundi ad mensuram Gerunde semper in futuro allatam vestris sumptibus in dicto monasterio. Et sic su
dictis modis et conditionibus constituimus nos dicta feixa terre nos vestro vestrorumque nomine possidere donec eius
dem rei possessionem tam de iure quam de facto adeptus fueritis corporalem quamquam accipiendi adipiscendi et retinen
di plenam vobis et vestris damus et conferimus potestatem ad faciendum inde omnes vestras voluntates retentis in con
ditionibus supradictis. Et sic per nos et nostros succedentes in dicto monasterio promittimus hanc concessionem et omnia et sin
gula supradicta rata et firma habere tenere et servare et predictam feixam cum suis iuribus vos et vestros semper facere
habere tenere et eam deffendere in parte contra cunctas personas et inde vobis et vestris firmiter teneri de evic
tione et omni dampno et interesse litis et expensis. Et pro predictis attendendis et complendis obligamus
vobis et vestris omnia bona dicti monasterii ubique presentia et futura. Pro huiusmodi vero concessione ha
buimus et recepimus a vobis ad utilitatem dicti monasterii [illegible] [illegible]. Renunciando exceptioni pe
cunie non numerate et non recepte et doli. Et ego dictus Berengarius de Ionquerio laudans et conce
dens omnia supradicta promitto vobis dicte domine abbatisse et succedentibus vobis in dicto monasterio dictum
censum unius migerie frumenti annuatim solvere termino supradicto allatam ut est dictum. Et pro predictis
attendendis obligo vobis et vestris dictam feixam terre cum omnibus melioramentis et augmentis ibi factis et
decetero faciendis. Quod fuit actum et tam a dicta venerabili abbatissa quam a dicto Berengario firmatum et lauda
tum. vi° idus octobris anno domini M° CCC° tricesimo tertio. Presentibus testibus venerabili domino [illegible] de
[illegible] presbitero de capitulo et Petro de Villarino clerico et Arnaldo de Torrete Gerunde. Predicta vero omnia
fuerunt per dictum conventum more solito congregatum in capitulo dicti monasterii laudata concessa et approbata et
etiam postea predicta omnia per dictum reverendum dominum episcopum Gerundensem laudata auctorizata et approbata iiii°
idus octobris anno domini predicto. Presentibus testibus venerabilibus Arnaldo de Galiacolo thesaurario et Bernardo de
[illegible] presbitero de capitulo Gerundensi. Et similiter Arnaldus de Torrete baiulus dicti monasterii predicta firmavit
pro baiulo coram testibus supradictis.

Signum Petri Massaneti notarii publici substituti auctoritate [illegible] notarii Gerunde qui hec [illegible] scribi
fecit et clausit cum suprascripto in linea [illegible] ubi dicitur attendendo.

79. CTORS f 122 v

10-10-1333

n.º 679

T. 410 X 245

AC f 31

Ap.ce 11 del plec segon de Montuïri

708